ce decedere contigerit Extunc praefata Ensa Consors sua bona gratis omnia ac vas supra expressa morte praefati mariti sui derelinquenda summa iure dominio proprietate tenebit, habebit et possidebit illaque quiete et pacifice ad extrema dumtaxat vitae suae tempora uti fruetur Post mortem vero eiusdem Ensae Alexandrus de Kopystno Consortis suae extunc bona suprascripta morte eiusdem mariti sui derelicta ad Successores praefati mariti sui sine quovis impedimento et contradictione Successorum praedictae Consortis suae totaliter et plenarie devolventur Similiter quoque si prius praefatam Ensam Consortem suam quam ipsum Maritum mori contigerit extunc idem maritus bona suprascripta gratis omnia morte praefatae Consortis suae derelinquenda summo iure dominio proprietate et usufructu tenebit habebit et possidebit illaque quiete et pacifice ad extrema scilicet vitae suae tempora uti fruetur Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti Extunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelicta ad Successores suos sine quovis impedimento Successorum praefati mariti sui totaliter et plenarie devolventur His praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Lenczowski Wyszynskie Quietat

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Przemysliensis Nobiles Stanislaus Lenczowski, Christophorus Sokolnicki et Ioannes Abrahamowicz sani mentibus et corporibus existentes a Terris Dictrictibus [illegible] Iudiciis [illegible]busque suis quibusvis propriis et competentibus modo praefatae [illegible] Castrensis Capitaneatus Przemysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se eorum Successoribusque ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice et per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi Religiosum Paulum Wyszenski Popo

nem de Psarce atq Honestum Hanasik olearzinem Premysliensem de Causa
et actione iudiciaria [illegible] tanquam Complicibus Rndi Antonij Winnicki Vladicae
Premysliensis diruniti atque Nobilium Theodori et Stephani Winnickiorum principa-
lium aliorumque eorundem Winnickiorum Complicum et a[?]declaratum in processu
Causae specificatorum ad officium Castrense Capitaneale Premysliense in vim termini
tacti ratione per eosdem Winnickie tempore nuper praeterito sub tempus
celebrationis Terminorum Querelarum offij praesentis Castrensis Premysliensis Laudo
publico Incolarum dictus praesentis designatis Causarum nimirum bis facto anno
tuo Consilio et condictamine dictorum praefati Winnickie Principalibus suis expro-
positoque facti infrascripti sub adventum negotijs suis et ingressum Civitatis
praesentis Premysliensis Admodum Rndum Procopij Chmielowski Episcopi Pre-
myslienses dato signo Campanarum magnarum tam quam ad classicum convocati
et studiose pars in domibus Concivium Premysliensium occulta, pars vero aper-
tum et forum publicum erumpendum gravis tumultus excitationem plebe vicina
ex contiguis Civitati Villis ad Quatuor Millia convocata et armis instru-
cta eorundem Recognitarum hominum pacificorum et innocentium vulneribus multis
gravibus, enormibus letalibus affectionis et convulnerationis ad internecionemque obsanguinolationis aliarumque violentiarum multarum in protestatione
eo nomine facta et processu Causae descriptarum eisdem Recognitibus illatio
nis instituta et intentata Nec non de protestationibus quibusvis ratio-
eiusdem Convulnerationis sui et violentiarum coram quovis Officio et Actis
authenticis Regni factis Tum et Decreto Tribunalis Regni Lublinensis eo no-
mine prolato totoque processu iuris in Causa eadem producto ac ipsa poena
Infamiae et Colli et Convictionis Decreto Tribunalis in [illegible] ipsorum contra
Regni Lublinensis super ipsos Popone et Hanasik per se Reg[?] obtenta
eiusque publicatione ac Decretis quibusvis de his Calumnijs quovis intere
et personas eorundem Poponis et Hanasik [illegible]
ultra quietant dimittunt liberosque et at

Protestatione praefata Causa et actionem tum Decreta quibus ipsi sunt Convictionem ac poenam Infamiae et Capitis super praedecreto eiusque publicatione ac totum processum iuris Cassant mortificant et annihilant et pro interesse eorundem tantummodo Poponis et Hanatik mortificant perpetuo sibi ratione praemissorum omnium imponendo silentium salva nihilominus cum alijs citatis tam nobilibus quam plebeijs in protestatione Causa et actione Decretisque Iudicij Tribunalis et processu specificatis prosecutione et continuatione in executionisque deductione eiusdem Processus et Decretorum sibi in toto reservata et pleno in robore ac vigore praecustodita

Feria Secunda in Crastino Festi Sctorum Innocentium Martyrum Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

Powalski Miastkowskie

29/XII

Roborat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premisliensibus Generosus Franciscus Powalski sanus mente et corpore exiens a Terris Districtibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus modo praesenti vero ad Castrensem Capitaneal. Premisliensem Iurisdictionem quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoscit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesenti Scripto certo manuali per se Recognito in rem et ad manus Generosi Ioannis Stanislai Miastkowski ratione certarum rerum et conditionum

in eodem Scripto